

Phœnice fabulam reddiderit unicus iste, et nullo de cinere re-  
victurus. Vale Princeps Principum angustissima, vale et vive  
in illo sexu tuo vere altera Phœnix, et si de ministris infimo  
cuiquam, negotium das, qui verbo significet, quam non indignè  
tuleris hanc audaciam, crede te grandi beneficio devincturum  
hominem Batavum, qui absque hoc splendida servitutis pri-  
trino esset, etiam non advocanti dudum se ad angustos pedes  
tuos prostratum inisset, et in partem gratiæ involasset,  
quam Musarum promiscuè patronis et clientibus, quâ te par-  
est, munificentia impertis. Is est a.

Majestatis tuæ  
Humillimus ac devotissimus  
cliens.

5. April. 1650.

Nomine Heen Vlietii et meo

Ripero.

Medicinae in Scholâ

M. Auriacâ Professori.

Amplissime ac doctissime vir.

(420).

Quando sic Deo et hominibus visum est, posse te Medicinae studium  
alicubi felicius quam Bredæ promovere. placuit Serenissi-  
mo Principi, Leidensia Academia votis, ac tuæ item petitioni  
non adversari. Proinde liberam tibi facultatem, eo cum  
libuerit, commigrandi, hinc tibi factam scito. Eâ verò de  
re quam non libenter certiares te faciamus facile judica-  
bis, quoties meminisse voles, quod rest est, singularem  
exhibitionem tuam et virtutes ceteras, quibus illa est  
ornata, summo nobis in pretio semper fuisse, et futura.

Vale Multum

Vir Amplissime ac doctissime à  
Tuis amantissimis

14. Augusti 1650.

A. Maria Schurmanne

Brevissimo impetu: Amica Nobilissima

(421).

Quando Catonem feminam agere voluisti, in Theatrum  
ingressa, ut exires, totis nimirum auribus pastis, nescio  
quo meo cibo, totis, ecce, te exequiis sequor, et licet non  
ignarus quanto.

Segnius irritant animos demissa per aurem

quam quæ sunt oculis commissa fidelibus

omissis nunc Musicis infectis meis, quibus nimium est  
quod vacasti semet, ad hoc genus spectaculi denuò te voco,  
cujusmodi sub crepusculum vespertinum, nimia pompa  
morâ

morâ

morâ incommode videri, nescio an spectando lassior an  
expectando. Accedit quod Commentarioli, quam vides in  
gratiam Victoris amicissimi, autorem hanc meam manum  
frequens rumor facit, ut jam quocumque te proripias, vix  
evadas aut loquacitatem meam, aut scriptiunculas. Sub  
junge proinde et Epigrammatium in funus nuperum  
quod inter meorum insubtilissima, tua certe humanitas  
non censebit. Equidem hoc ipsum hactenus non vulgo, ne  
quidem inter amicos. Terret quippe nos sæculi iniquitas,  
per quam de D. D. Auriacis, vix impunè quis usurpet solenni  
illud munusculum antiquorum, OPTIMO PRINCIPES.  
Consule tu auctori quoque pro tuâ prudentiâ, nec temere cui  
capiam facito versiculorum quantumvis innocentiâ, quos  
de tutela vides, non est quod sollicitè celebantur. Versantur  
quippe in argumentis bonis laudabili, fortasse nec pessimis  
improbando. Super sunt plura non infimi commatis, quibus  
te in Museo Zulichemio distingere certum erat. At tu fugere  
maluisti, indignanti bus Musis, quas se despectui Schurmannæ  
fuisse, nondum dolere cessant. Erit cum emendare culpam  
vales, cuius te nolit Voetius esse ream. fiat, fiat, Virgo  
meo, si quo penes te in prætio est, qui simul vivere et esse  
desinet.

Virtutis tuæ cultor addictissimus.

23. Martii 1651.

C. H.

Westerbanio à  
Brantwijck.

Vir Nobilissime

(122).

De malis bene est, quasi parum Persæ fuissent, ascivisti et  
Armenios, quò me toto Oriente devincires. Quod verò nec  
ab humanitate tuâ impetrasti, ut ad scripto prætio boni  
nomini gloriâ emptari non donatarie indulgeres,  
neque non stylium vertere, et hic testari, de malis male  
esse. Actis proinde quas debeo, maximi gratiâ pro liberati  
opera Vitaulio navatâ; quæro te ne de nummuli  
controversia hujus libertatem commercii interrumpat,  
quod mihi tecum intercedere, rerum hortensium veterano  
Vitaulium ipsum, si fieri posset, omnibus votis exoptaret.  
Ecce modum aperui, quo me non uno nervo obstringas,  
etiam si Armenia Persia non succurrat. Iterum hoc  
a te peto, et futurum spondeo <sup>utriusque</sup> ~~utriusque~~ instat. Vale  
Hagæ Com: 21. Id: Dec: 1651.

Westerbanio.